

# PROLEGOMENA

38

*Ecclesiasticorum* Hipponensem Antistitem sic describit: „ S. Augustinus tam in scriptura-  
rum interpretatione, quām in Theologicis  
opinionibus sāpe recedebat à præceden-  
tium tramite, ut viam sibi deligeret pror-  
sus novam. Vocari potest in Theologicis  
MAGNUS OPINATOR. Eruditionis mul-  
tò minus ei fuit, quām ingenii: quia & lin-  
guarum ignarus erat, & vix legerat Veteres „. Omitto plura Augustino parùm hono-  
rifica. In relatis S. Pater traducit ut novator,  
ineruditus, & vacillans Theologus. Ubi  
igitur tot Conciliorum, & Pontificum de Au-  
gustino magnificentissima testimonia? Major-  
rem Augustini contemptum ingerit lucubra-  
tio, quæ Joannis Launoy nomine velut post-  
humā circūfertur, & dignis à CLEMEN-  
TE XI. notata est censuris. De S. Thoma,  
quidquid simulent, non gloriōsū sentiunt  
prætensi Augustini discipuli. Joannes Ver-  
gerius Abbas Sancyranus, teste jurato, & fide  
dignissimo Joanne de Joveaud Abbe Ci-  
sterciensis ajebat: D. Thomas veram Theolo-  
giā humanis rationib⁹, & Aristotelicis dog-  
matib⁹ depravavit. Idem Jansenii de S. Tho-  
ma, & cæteris Scholasticis Religiosis, qui  
SS. Patribus successere, judicium fuit, manu  
ejus exaratum, & non nisi à 25. annis luci edi-  
tum, ubi quæritur: *Origo corruptelæ in Theolo-  
giā inducta unde?*

Paulò mitiū loquitur Joannes Opstraet  
in Theologo Christiano parte 2. cap. 4. §. 2.  
*Multorum utilitati, vel infirmatī, non satis  
accommodatus est S. Thomas, tum quod questio-  
nes multas Philosophicas Theologia immisceat,  
tum quod terminis philosophicis eas proponat,  
resolvatque.* Absurdius Elias du Pin in Bi-  
bliotheca nova, & novarente, Magistrum  
Angelicum exhibet, velut adulantem Romano  
Episcopo. Tum addit, scimus quantā negligē-  
tiā, & quām exiguo discretionis iudicio S. Tho-  
mas citare soleat Patron opera.

Quod attinet ad sententias, non diutiū  
novis Theologis S. Thomas dux, & magister  
est, quām præconceptis eorum consentire  
opinionibus videatur, vel in earum posse  
quācunque arte patrocinium pertrahi. Sic  
unus ex illis, qui nullam, nisi insuperabiliter,  
indeclinabiliter efficacem gratiam admitten-  
tes, ad fallendum tamen aliquam commenti  
sunt, quam *Augustino-Thomisticē sufficientem*  
appellant; Cum urgetur, nescio quo, An-  
gelici Doctoris testimonio; neque via, quā  
elaberetur, occurreret: plausum excitabat  
responso lerido, & Lovaniensibus quibusdam  
familiari, *Thomista quidem sumus, sed THOMI-  
STÆ IN PLACET;* idest, ubi nobis Angelici-  
cus, & ejus sententia arridet. Allusio est ad

Carmelitanorum Nudipedum Monasterium,  
quod solitudine, & pietate Deo placens, vul-  
go *Conventus in Placet* appellatur: ita à no-  
vis Theologis non sententia propter D. Thom-  
am eligitur, sed D. Thomas propter senten-  
tiam, saltē ei subdolè affectam. Quod autem  
Quesnelli, & quicunque ejus contra Sedem  
Apostolicam defensores, nullum in Ecclesiæ  
Doctoribus, Hipponeñi potissimum, & Aqui-  
nate præsidium habeant, patebit ad damnatas  
Propositiones singulas, ubi intorta à Nova-  
toribus in Constitutionem spicula, opitulante  
Numine, facile diffingemus.

## C A P U T VII.

*De affectato à Quesnello, & cæteris Jan-  
seniis consensu cum recentioribus  
S. Thomæ Discipulis.*

**C**ONSPICATI Novatores venerandam  
Scholæ Thomisticae autoritatem, in  
Questorū Fidei Tribunalibus, Ro-  
mano potissimum, vigentem, nihil blanditiarum,  
fraudumque prætermittunt, quod sibi  
eam irretire, & in quoscunque aliarum Scho-  
larum Theologos, præsertim Regulares con-  
citare valeant. Non parum operæ in hoc po-  
nit Quesnelli libro, cui titulus: *Epistola Ab-  
batis ad quendam Romanæ Curia Prælatum*  
contra Decretum Alexandri VIII. dein in  
Sententiā suarum *Explicatione Apologetica*, ac cæteris eam secutis contra Con-  
stitutionem **UNIGENITUS** vindiciis; ubique  
suam in Thomistas iram dissimulans, quasi ne-  
sciat eorum se maximè suffragis condemnatum.  
In Jesuitas verò aperta indignatio  
Quesnelliánorum sevit; hos veluti solos, aut  
præcipios calamitatis suæ Authores desig-  
nant; signari scilicet inter Romanos Inqui-  
sitionis Consultores ordinarios, nè unum  
quidem esse è Societate, & præter unum è  
Sancti Francisci familiâ, alterum Episcopum  
Benedictinum, cæteros omnes partim è sa-  
cro Dominicanorum Ordine, partim è Cle-  
ro esse seculari. E solo posteriori Arnaldus  
constitui Congregationem voluerat literis  
ad Ludovicum Du Vaucel, alias Walonum  
datis, ut ex hujus ad Arnaldum responso  
manifestum est. Quesnelli quoque in *Notis ad Epistolam Domini Steyaert*, maximè con-  
queritur de *Religiosorum Mendicantium* po-  
tentia in Tribunalibus Romanis. Qui autem  
hic indicantur magis, quām S. Thomæ, & Scoti  
discipuli? Eadem querela frequens est, seu  
Quesnelli, seu ei adhærentis, libro, qui inscri-  
bitur: *Ecclesiastici Epistola de mente S. Augustini  
circa authoritatem Pontificis.*

Jan-